

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Cibus Electvs Sive Instrvctiones Sanctae De vita sanctè traducenda& inter pios sanctósque affectus concludenda**

**Elffen, Nicolas**

**Coloniae, 1667**

Instructio I. Homo puritatis perfectæ studiosus, potiùs millies moriatur,  
quàm semel mortaliter peccet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55232)

ster Jesus Christus ab unoquoque fidelium  
exigit. Siquidem præcipit ut ex corde ex-  
pellantur omnes pravæ cogitationes, & no-  
civa omnia atque impura desideria haud a-  
liter, ac spirituale quoddam cordis adulteri-  
um fugiantur: ab ore vero abesse vult omne  
verbum otiosum, de quo severam intermi-  
natur reddendam in die Iudicij rationem: In  
Operibus denique exterioribus, nihil omni-  
mo patitur, quod perversum, scandalosum,  
aut minus ædificativum est, cum expressum  
ipsius præceptum sit, ut sicut lucis opera  
nostra ubique effulgeant atque ut verbo ab-  
solvam. Ecclesiam suam attestante id Apo-  
stolo. & unamquamque fidelem animam i-  
ta mundam puramque requirit, ut qua in  
anteriore, qua exteriore ejus conversatione,  
nec macula ullius peccati, nec imperfectio-  
nis ruga deprehendi posuit. Ad hanc itaque  
tantopere tibi commendatam conscientiam  
puritatem, ut scias, quam viâ possis pertinge-  
re, sequentia documenta sedulo diligenter-  
que observato.

### INSTRUCTIO I.

*Homo puritatis perfecta studiosus, potius nullies  
moriatur, quam semel mortaliter peccet.*

**H**oc esto se ium & efficax, & in omne  
tempus perpetuum, contra omnes quos-  
cunque inguientes casus inconcussum pro  
omni occasione inviolabile, & consans ani-  
mi tui decretum, nullies potius mori, quam  
lethali

lethali te scelere unquam obstringere. Quocirca, ut ut res cadat, paratum te esse oportet omnium potius bonorum temporalium: honorum, commoditatum, favorum humana-  
rum, atque ipsius etiam vitæ tuæ, quam  
gratiæ divinæ per delictum mortale jactu-  
ram facere; Hoc te Christus docuit, quando  
dixit: Quid prodest homini si universum  
mundum lucretur, animæ verò suæ detri-  
mentum patiatur? Matt. 16. v. 26. Hoc decre-  
tum fundamentum est & primum principi-  
um cui Christiana sanctitas, & conscientia  
perfecta puritas inniti debet.

## INSTRUCTIO II.

Ad perfectam cordis puritatem spectat fuga  
omnium venialium peccatorum.

§. I. Proponuntur rationes, cur peccata veni-  
alia etiam minima summo studio vi-  
tari debeant

Invenies è Christianis non paucos, qui ve-  
niales noxas susque deque habent, earum-  
que vitationem ferè negligunt, quod eam  
sibi impossibilem esse judicent. Fateor Ego  
quidem, sine speciali Dei privilegio ( quale  
post Christum & Deiparam Divis Josepho &  
Joanni Baptista ex multorum sensu concep-  
sum traditur ) neminem omnino totius vitæ  
suæ tempore, ab omni levi peccato liberum  
extitisse. Fateor etiam venalia peccata om-  
nia collectivè sumpta, ut cum Theologis  
loquar, à nobis caverinon posse, simul ta-